



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 234. Senense Concilium Basileam a Papa translatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)



*Pater noster* & *Ave Maria* recitaverint, indulgentiis fruantur. XI. Tandem fancitur, ut festum compassionis B. Mariæ singulis annis feria sexta post Dominicam *Jubilate* celebretur, nisi aliud festum eodem die intervenerit, in quo casu ad proximam sextam feriam remittatur.

Sæcul. XV.  
A.C. 1424.

## §. CCXXXIV.

*Senense Concilium Basileam a Papa translatum.*

Martinus V. Papa Legatis suis potestatem dederat, Synodum Senensem transferendi Basileam, consentientibus Prælatibus. Itaque Patres præsentis Synodo finem imponere, & futuram indicere decreverunt, nominatis Nationum Deputatis, qui de loco deliberarent. Diversis in diversa abeuntibus, tandem post crebras dissensiones die decima nona Februarii Anno millesimo quadringentesimo vigesimo quarto convenerunt, ut Synodus, quæ juxta Constantiensis Concilii decretum proxime celebranda esset, in civitate Basileensi convocaretur. Hæc sententia in pleno confesso primo a Papæ Legatis, postea a primariis Nationum Deputatis approbata fuit. Dissensit solus Archiepiscopus Toletanus nomine Nationum.

*Tab. Conc.*  
*tom. 12. p.*  
376.

*Hist. Eccles. Tom. XXVI.*

K k tio-



Sæcul. XV.  
A.C. 1424.

tionis suæ, cujus mandatum sibi deesse dixerat, sed tandem acquievit ut Archiepiscopus, & Hispaniæ Primas; ideo autem prius hanc Synodi dissolutionem approbare cunctatus erat, eo quod studio quæsitâ, & ad eludendam reformationem excogitata sibi videretur.

§. CCXXXV.

*Epistola Pontificis ad Archiepiscopum Toletanum.*

Labbe Conc.  
no. 12. p. 377.

Martinus ergo, ut Archiepiscopi animum permulceret, sequentia ad eum perscripsit: *Voluissimus, ut agi potuisset de reformatione Ecclesiæ Universalis in Senensi Concilio, sed postquam tanta rerum perturbatio secuta est, ut vidisti, in animo nobis est, hanc reformationis materiam non relinquere, sed ad prosecutionem debitam intendere in curia nostra. In quo sancto opere te optaremus esse præsentem, sed cum tibi, prosequitur Papa, necessarium sit tuam Ecclesiam visitare, & ad ipsius regimen prudentiæ tuæ commissum curas tuas, cogitationesque dirigere, contenti erimus, ut satisfacias muneri, ad quod specialiter es vocatus a Domino, hortantes nihilominus ipsam fraternitatem tuam, ut in quibuscunque locis tua vox, tuaque valebit auctoritas, laborare*